Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

Rema Ad Confluentes Warnae & Visurgis, Pagus Ravensbergici Comitatûs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

Visual Library

R E M A
AD CONFLUENTES WARNÆ & VISURGIS,
Pagus Ravensbergici Comitatûs.

MEMORIÆ. SACRUM

INCLYTA. FRANCORUM. FASTIS. UBI. [1] WARNA. VISURGIS
AMNE. RECEPTA. SUÆ. NOMINA. PERDIT. AQUÆ
SAXONE. [2] PIPINUM. FUSO. SPECTAVIT. OVANTEM
[3] REMA. TRIUMPHALI. FERRE. TROPÆA. MANU
[4] HILDIGARIQUE. NECI. VICTRICIA. CASTRA. SECUTI
FRANCIGENAS. MOESTIS. ILLACRYMARE. MODIS
FORTIS. ET. EXEMPLO. [5] CAROLUM. [6] GENITORIS. [7] AVIQUE
SAXONICÆ. VALIDAS. FRANGERE. GENTIS. OPES
TALIBUS. ILLUSTRIS. TITULIS. PLUS. REMA. SUPERBIT
QUAM. QUOD. RHEMORUM. [8] NOBILE. NOMEN. HABET

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLICÆ
SEDIS. GRATIA. EPISCOPUS. PADERBORNENSIS
COADJUTOR. MONASTERIENSIS. S. R. I. PRINCEPS. COMES. PYRMONTANUS. ET. LIB. BARO
DE. FURSTENBERG

REMÆ. AD. CONFLUENTES. WARNÆ. ET. VISURGIS. SITÆ
PIPINI. EJUSQUE. FILII. CAROLI. M. FRANCORUM. REGUM
SAXONICIS. EXPEDITIONIBUS. AN. DCCLIII. ET. AN. DCCLXXXIIII
CELEBRIS. PAGI. MEMORIÆ
M. H. P

1 WARNA. Poët. Anon. WARANA. Vita Car. M. apud Pithæum. WAHARNA. Adelm. WAGARNA. Annal. Franc. apud Reub. VIRHARNA. Annal. Caniſii. WAAHNA. Regino. nunc WERNE vocatur.
2 An. 753. Annal. incerti auctoris apud Pithæum, aliique.
3 REMEN nunc appellatur. olim RIMIA. Vit. Caroli M. apud Pithæum. Regino. RIMI. Adelmus & Annal. Franc. apud Reuberum. RHIME. Ado Viennenſ. Annal. Caniſii. RIMEE.
4 Colonienſis Archiep. Annal. incerti auctoris apud Pithæum. Annal. Fuldenſes, Adelmus, Regino.
5 Annal. Franc. apud Reub. Vita Caroli M. apud Pithæum. Annal. Caniſii.
6 Pipini. An. 745. 753. 758. Annal. incert. auct. apud Pithæum. Annal. Fuldenſ. apud Freherum. Annales Francici apud Reuberum.
7 Caroli Martelli. An. 721. 737. Annal. incert. auctoris apud Pithæum.
8 Henricus de Hervordia, l. 2. cap. 69. citatus ab Henrico Meibomio in notis ad Irminſulam Saxonicam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN